

caligine de dubiis pectoribus et obscuris miraculorum claritas sinceris mentibus illucescat et eo sit in gentibus gloriosa virtus altissimi, quo dignatur in populis sanctorum splendoribus declarari. Datum Anagnie III. idus octobris, pontificatus nostri anno sexto.

473.

Papst Gregor IX. schreibt dem Prediger Konrad von Marburg, in welcher Weise er die Zeugen 5 über Leben und Wunder der verstorbenen Landgräfin Elisabeth verhören soll. Anagni, 1232 Okt. 13.

Gedr.: Ripoll, Bullar. ord. Praedic. 1,40. Sbaralea, Bullar. Franciscan. 86. Potthast 9015.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio fratri Conrado de Marburg predicatori salutem et apostolicam benedictionem. Testes legitimi, qui super vita, conversatione ac miraculis venerabilis Elisabeth lantgravię Thuringię sunt recipiendi, prius 10 ab eis prestituto iuramento diligenter examinentur et interrogentur de omnibus, que dixerint, quo modo sciunt, quo tempore, quo mense, quo die, quibus presentibus, quo loco, ad cuius invocationem et quibus verbis interpositis et de nominibus illorum, circa quos miracula facta dicuntur, et si eos antea cognoscebant, et quot diebus ante viderunt eos infirmos et quanto tempore fuerunt infirmi et de qua civitate sunt oriundi, et interrogentur de omnibus 15 circumstantiis diligenter et circa singula capitula fiant, ut expedit, questiones premissę et series testimonii et verba testium fideliter redigantur in scriptis. Datum Anagnię III. idus octobris, pontificatus nostri anno sexto.

474.

Papst Gregor IX. beauftragt den Erzbischof von Mainz, den Abt von Eberbach und den Prediger 20 Konrad von Marburg, über die Wunder der verstorbenen Landgräfin Elisabeth nach beigegebener Anweisung Zeugen zu verhören. Vergl. No. 512. Anagni, 1232 Okt. 14.

Hdschr.: Gleichz. Abschrift im Rommersdorfer Bullarium fol. 58 No. 49. Staatsarchiv Koblenz.

Gedr.: Würdtwein, Nova subsidia 6,24. Potthast 9016.

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabili fratri episcopo Moguntino et 25 dilectis filiis abbati de Ebverbach Cisterciensis ordinis et fratri C[onrado] de Marburg predicatori verbi dei salutem et apostolicam benedictionem. Visibilium et invisibilium conditor cuncti potens et eternus, etsi grata multorum perpetuitate bonorum populum reficiat, quem plasmavit, illum tamen gratorum successiva recreat creatione novorum, eo quod illa humane conditionis affectibus et sue salutis effectibus sint votiva, prout probat 30 inspectio florum amena recentium et exhibet perceptio fructuum gratuita novellorum. Igitur ad eternas delicias fidelibus exponendas, ad dandum gentibus fidei, spei et caritatis augmentum, ad dirigendos in viam pacis et claritatis eterne pedes in tenebris et mortis umbra sedentium solis et lune mirificus operator in celesti solio nova producit lumina lucis inextinguibilis emissiva, per que cordibus devotorum querentium luminis ineffabilis 35